

pressa, accepit. Ita S. Bonaventura in ejus Vita.

Quadragesimam transiebant monachi Tabennesiote cibus igne non coctis; Paulus Abbas Galata cum sextario lentis et vasculo aquae; Adolus post quinque tantum dies comedens; Macarius Alexandriae nihil comedens praeter pauca eruda crambes folia die dominico, nunquam genua flectens, nunquam accubans, semper stans. Ita habetur in *Vitis Patrum*.

Symbolice Beda: Fuit, inquit, Moses cum Do-

mino quadraginta diebus, ut hoc numero disceret, quod illi tantum Decalogum implere possint, quos Evangelicæ gratia veritatis, quatuor describenda libris (Evangeliiis), juvaret; quater enim ducta in decem faciunt quadraginta. Rursum, hoc numero quadraginta significabantur decem præcepta, quæ hisce quadraginta diebus Moses a Deo accepit, in quatuor mundi plagas, id est omnes gentes, tempore Evangelii divulganda.

CAPUT VIGESIMUM QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Trinitas
Moses a
moralibus
et
judicialibus
libris ad
ceremoniales
leges.

Jubet Deus fieri arcam, vers. 10, et propitiatorium cum duobus Cherubim, vers. 17. Secundo, mensam panum propositionis, vers. 23. Tertio, candelabrum septiceps ex talento auri, vers. 31.

Nota. Triplices fuerunt leges veteris Testamenti, scilicet morales, judiciales et ceremoniales: morales præscripti Deus cap. xx, judiciales cap. xxi, xxii, xxiii, ceremoniales hic incipit præscribere.

Hoc ergo capite cum tribus sequentibus, describitur forma tabernaculi cum suis vasis, suaque suppellectile.

De tabernaculo hoc vide Abulensem hic, Bedam et Richardum Victorinum, libro De Tabernaculo, et exacte Riberam, lib. V De Templo, ac Vitalpando in Descriptione Templi.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Loquere filiis Israel, ut tollant mihi primitias ab omni homine qui offeret ultroneus, accipietis eas. 3. Hæc sunt autem quæ accipere debetis: Aurum, et argentum, et æs, 4. hyacinthum et purpuram, coccumque his tinctum, et hyssum, pilos caprarum, 5. et pelles arietum rubricatas, pellesque ianthinas, et ligna setim: 6. oleum ad luminaria concinnanda: aromata in unguentum, et thymiamata boni odoris: 7. lapides onychinos, et gemmas ad ornandum ephod ac rationale. 8. Facientque mihi sanctuarium, et habitabo in medio eorum: 9. juxta omnem similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi, et omnium vasorum in cultum ejus; sicque facietis illud: 10. Arcam de lignis setim compingite, cujus longitudo habeat duos et semis cubitos: latitudo, cubitum et dimidium: altitudo, cubitum similiter ac semissem. 11. Et deaurabis eam auro mundissimo intus et foris; faciesque supra, coronam auream per circuitum: 12. et quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos; duo circuli sint in latere uno, et duo in altero. 13. Facies quoque vectes de lignis setim, et operies eos auro. 14. Inducesque per circulos qui sunt in arcæ lateribus, ut portetur in eis: 15. qui semper erunt in circulis, nec unquam extrahentur ab eis. 16. Ponesque in arcæ testificationem quam dabo tibi. 17. Facies et propitiatorium de auro mundissimo; duos cubitos et dimidium tenebit longitudo ejus, et cubitum ac semissem latitudo. 18. Duos quoque Cherubim aureos et productiles facies, ex utraque parte oraculi. 19. Cherubim unus sit in latere uno, et alter in altero. 20. Utrumque latus propitiatorii tegant, expandentes alas et operientes oraculum, respiciantque se mutuo versis vultibus in propitiatorium quo operienda est arcæ, 21. in qua pones testimonium quod dabo tibi. 22. Inde præcipiam, et loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt super arcam testimonii, cuncta quæ mandabo per te filiis Israel. 23. Facies et mensam de lignis setim, habentem duos cubitos longitudinis, et in latitudine cubitum, et in altitudine cubitum ac semissem. 24. Et inaurabis eam auro purissimo; faciesque illi labium aureum per circuitum, 25. et ipsi habebit coronam interrasilem altam quatuor digitis; et super illam,

alteram coronam aureolam. 26. Quatuor quoque circulos aureos præparabis, et pones eos in quatuor angulis ejusdem mensæ per singulos pedes. 27. Subter coronam erunt circuli aurei, ut mittantur vectes per eos, et possit mensa portari. 28. Ipsos quoque vectes facies de lignis setim, et circumdabis auro ad subvehendam mensam. 29. Parabis et acetabula, ac phialas, thuribula, et cyathos, in quibus offerenda sunt libamina, ex auro purissimo. 30. Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. 31. Facies et candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile ejus, et calamos, scyphos, et sphaerulas, ac lilia ex ipso procedentia. 32. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex uno latere, et tres ex altero. 33. Tres scyphi quasi in nucis modum per calamos singulos, sphaerulaque simul, et liliū; et tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, sphaerulaque simul, et liliū. Hoc erit opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili: 34. in ipse autem candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum, sphaerulaque per singulos, et lilia. 35. Sphaerula sub duobus calamis per tria loca, qui simul sex fiunt, procedentes de hastili uno. 36. Et sphaerulae igitur et calami ex ipso erunt, universa ductilia de auro purissimo. 37. Facies et lucernas septem, et pones eas super candelabrum, ut luceant ex adverso. 38. Emunctoria quoque, et ubi quæ emuncta sunt extinguantur, fiant de auro purissimo. 39. Omne pondus candelabri cum universis vasis suis habebit talentum auri purissimi. 40. Inspice, et fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.

Vers. 2.

2. TOLLANT MIHI PRIMITIAS. — Quia prima fuit hæc communis Hebræorum oblatio, quæ facta est pro fabrica tabernaculi.

Aliter Theodoretus, *Quæst. LXX*, et Abulensis: « Primitias, » inquit, id est prima et præstantissima; hæc enim Deo offerenda sunt.

QUI OFFERET ULTRONEUS. — Hebraice, *quem spontaneum et liberalem fecerit cor suum* (1).

Vers. 4.

4. HYACINTHUM. — Proprie hyacinthus est genus violæ; inde gemmam significat violæ colore similem: hæc enim hyacinthus dicitur. Tertio, significat lanam hyacinthini, id est violacei et celestis coloris, quæ lana veteribus in deliciis fuit. Unde Homerus in *Odyssæa*, IV, loquens de Helena ait:

At super ipsam colus extensa est lãvççç.

id est violaceam lanam habens. Hic passim hyacinthus lanam hanc violaceam significat.

Tropologice, hyacinthus celestem mentem et conversationem representat. Hinc Ecclesia, et sancta quilibet anima, calcatur calceo violaceo, id est celesti. *Ezech.* cap. xvi, 9: « Calceavi te ianthino, » vel ut Septuaginta, *hyacinthino*, id est violacei et celestis coloris, calceo; ut hoc symbolo significaret Deus, Sanctum, qui in Ecclesia sunt, conversationem esse celestem. Ita calcatus ianthino S. Paulus, ac mentis pedibus circos et sidera calcans, dicebat: « Nostra conversatio in cælis est. » Ita calcatus S. Hieronymus dicebat illud Socraticum: « Æthera conscendo, et solum hoc cælumque despicio. » Nam, ut ait Apostolus: « Jam non estis hospites et ad-

(1) Vers. 3. Præter alii vertunt ex hebr. *chalthem*; alii melius, *cuprum*. Cf. *Est. viii*, 27.

vena, sed estis cives Sanctorum, et domestici Dei. » Et iterum: « Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Jerusalem celestem, et multorum millium angelorum frequentiam, et Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in cælis, et judicem omnium Deum, et spiritus justorum perfectorum, et Testamenti novi mediatorum Jesum, » *Hebr. xii*, 22. Quare S. Martinus, uti in vita, ita et in morte cælum assidue suscipiens, cum in ardenti febrî supinus vultu in cælum erecto jaceret, rogarentque discipuli, ut converso corpore tantisper, dum vis morbi remitteret, pronus conquiesceret: « Sinite, inquit, me cælum potius quam terram aspicere, ut suo jam itinere iturus ad Dominum spiritus dirigatur. » Oculis ergo ac manibus in cælum semper intentus, victum ab oratione spiritum non relaxabat. Quare merito de eo canit Ecclesia: « Martinus Abrahæ simi lætus excipitur; Martinus hic pauper et modestus, cælum dives ingreditur, hymnis cælestibus honoratur. »

Pari modo S. Stephanus inter crepitantium saxorum turbas interitus: « Video, inquit, cælos apertos, et Jesum stantem a dextris virtutis Dei; » et mox exclamans: « Domine Jesu, suscipe spiritum meum, » ad eum in cælum coronandus evolavit.

ET PURPURAM. — Purpura piscis est, vel potius concha, cujus sanguine tingunt lanam, quæ hoc rubeo colore nigricante infecta, inde pariter purpura dicitur: ex qua olim fiebant, et etiamnum fiunt regie vestes; unde et ejus usus fuit hic in tabernaculo.

Cabaliste, ut refert Valverdius in alphabeto Salomonis, notant *ארגמן* *argaman*, id est purpura, ex quatuor primis litteris esse compositam.

Purpura
147

tum, a quibus quatuor angelorum nomina initium sumunt, nempe Raphael, Gabriel, Michael, Nuriel; que assertur eorum animalium esse nomina, quae vidit Ezechiel, cap. 1. Eo enim splendore, veluti tegali purpura amictibatur Deus, juxta illud: «Amictus lumine sicut vestimento.» Vide quam facile angelos suos hi nugarum textores ex purpura contexam, facilius utique quam aranea suam telam perlexat!

Cocceusque bis tinctum. — Cocceus est granum tinctorum (unde et granum subinde vocatur), nascens ex frutice fullonia, quae lici similis est: hoc granum intra se progignit vermiculum rubei coloris, ejus sanguine rubricantur lanae, quae idcirco cocceus, et hebraice vermils, vel vermiculus vocantur. De hoc vermiculo, sive cocco, dicitur *Isaia* 1, 18: «Si fuerint peccata vestra rubra quasi vermiculus.» Solecit autem lana, ut magis ruberet, his hoc sanguine vermiculi imbui, scilicet primo, cum adhuc tantum esset lana; et secundo, cum nendo in fila esset deducta: unde dicebatur bis tinctor, et hebraice שני תולאי תולאי, id est cocceus vel vermiculus iteratus (1). Hinc etiam נשני, nudo positum, coccum bis tinctum seu dibaptum significat, quem Septuaginta διπλοειν, id est duplum vocant.

ET BYSSUM. — Byssum, inquit Hieronymus Prado in *Ezech.* xvi, 10, pag. 180, est linum candidissimum et mollissimum, sive est lanugo arboris, quae medium quid est inter lanam et linum; nam origine est linum, mollitie vero est lana, et texta linum refert, ait Pollux: est, inquam, lanugo arboris nuci inclusa, quam vulgo gossypium vel xylon, Flandri et Galli *colan* vocant, ex qua fiebat tela gossypina sive byssina in Aegypto et Palestina, et etiamnum fit in Creta, Sicilia et Hispania. Ita ex Polluce et Plinio, lib. X, cap. 1, Prado loco jam citato.

Unde notat secundo, Prado ibidem, hanc lanuginem, puta gossypium, sive byssum, tinctorum fuisse colore aliquando purpureo, illamque vocari hic purpuram, aliquando ianthino, eamque vocari hic hyacinthum, aliquando cocceum, eamque vocari hic cocceum; byssum vero esse et vocari, cum nullo colore tingitur, sed native suo candidissima aequae ac mollissima est. Probat id ipse ex *Deut.* xxv, 11, ubi vetatur, ne tela fiat ex lana et lino; ergo hic in cortinis et vestibus tabernaculi, non potuit lana lino intexi, ac consequenter byssus haec tabernaculi non fuit linum, sed lana sive gossypium jam dictum. Secundo, si byssus fuit linum, lana inde confecta non fuisset tersa et pura; nec enim fila ex lino ita bibunt succum hyacinthi, vel purpureae, ut luceant; ita autem bibit lana sive gossypium, quod colore saturatum splendescit.

(1) Alii Hebraeam vertunt, vermils cocci, seu proprie splendoris, collato Arabico *schanay*, splendunt. Hunc colorem Galli vocant *cramoisi*, ab arab. Kermes, quod nomen est hujus vermiculi.

Verum byssum a gossypio distinguit Plinius, lib. XIX, cap. 1, ubi cum primum exisset de lino gossypium, postea agit de lino byssino, tanquam de re diversa; ergo byssus haec non fuit lanugo gossypii. Rursum, byssus hic vocatur linum, ut patet cap. xxxix, vers. 28, in Hebraeo: coccus autem, hyacinthus et purpura fuerunt lana, uti omnes interpretes docent; imo Scriptura ipsa plana byssum ab hyacintho, cocco et purpura distinguit; ergo alia byssi, alia trium reliquorum fuit materia: puta byssi materia fuit linum, aliorum vero materia fuit lana (2).

Dico ergo byssum hic non esse bombycinum, quod a vermibus, puta bombycibus, netur, quod vulgus jam byssum et sericum vocat; non etiam esse gossypium, uti jam ostendi; sed esse genus candidissimi et subtilissimi lini, adeoque optimum linum esse byssum; optimum autem linum est, ait Plinius, in quo est primo, eximius candor et splendor; secundo, mira tenuitas; tertio, aqualis fili densa nervositas et constantia. Hujusmodi linum, quacumque ex provincia sit, byssus erit, inquit Alcazar in *Apoc.* 1, 13, notat. 11, hoc enim pretiosum est: unde Achaica byssus auri pondere vendebatur; et Judaica byssus Achaica fuit praestantior, inquit Pausanias. Byssus ergo haec erat linum nascens in Aegypto et Palestina, in plantae cujusdam folliculis (qui similes sunt folliculis papaverum), indeque ferunt fieri telam, quae instar amianti igne non consumitur, sed purgatur (unde et Plinius byssum hanc comparat asbesto lapidi, qui ardet et non comburitur), quae etiamnum hodie Venetis nota est, similisque est candore et subtilitate tele nostrae Cameracensi. Ita Delrio in *Genes.* xliii, 42, et alii.

Hinc hebraice byssus haec vocatur שש שש, id est candidissima: unde et marmor vocatur שש, *Esther.* 1, 6, quia est candidissimum; latine vero et graece vocatur byssus ab Hebraeo שש *buts*. Hinc etiam byssus haec, quia erat subtilissima, fuit terribra et duplicata, ut habent Septuaginta hic et Hebraea, et noster Interpres in sequentibus.

Ad argumenta Prado respondeo, *Deuter.* xxi, tantum privatis vetari, ne faciant vestem ex lana et lino, non autem sacerdotibus ad publicum Dei cultum. Rursum vetari, ne in tela vel panno miscantur fila lanea et lineae in sublegmine; hic autem illa non miscantur in sublegmine: nam stamen erat hyssinum, sublegmine vero erat lana.

(2) Ita et Bähr, *Symbolik d. mosaïsch. Cultus*, I, p. 263. Hartmann quidem, quem Gesenius catergo recentiores secuti sunt, recte animadvertit, voce שש, שש, tam linum quam gossypium a veteribus intelligi, certum tamen est, materiam sacri Tentorii et sacerdotum vestium lineam, non gossypium fuisse. Ex animo Sacerdotum vestes quae *Exod.* xxvii, 39, e bysso confectae jubentur, eodem *Lev.* vi, 3; iv, 23. שש, שש: *Ezech.* xvi, 17, שש; vocatur, שש autem et שש linum fuisse, nemini dubium est. Ita Rabbinii, Philo et Josephus. Cf. Winer, *Biblic. Realwörterbuch*, ad voc. *Baumwolle*; Munk, *Poëstine*, p. 22, in *Universa pittoresque*.

Byssum non fuisse gossypium ostenditur. Primo, Secundo.

Byssus erat hinc Achaica, hinc Judaica, hinc subtilissima.

Tropologie cocceus est charitas; purpura est mortificatio; byssus est castitas; hyacinthus est patientia.

Origini tropologie fit.

E pilis caprarum facta tela camelae.

Vers. 5.

Melis animal iud.

Pelles ianthinae.

neum, puta hyacinthum, cocceum et purpureum.

Queres, quid haec quatuor, puta byssus, cocceus, purpura et hyacinthus, ex quibus factum est tabernaculum, symbolice et mystice significent?

Respondeo, significant quatuor elementa totumque mundum; hujus enim typus erat tabernaculum. Nam byssus significat terram, quia ex ea gignitur; purpura significat mare, quia maris coelestis tingitur; hyacinthus significat aerem, quia aeris est coloris; eadem de causa cocceus significat ignem et aethera: omnia enim haec majestatem Dei representant, et momenta quae reverentia et puritate tabernaculum et templum sit adendum. Secundo, haec omnia significant sacerdotem Creatoris esse ministrum, eumque in tabernaculo pro universa creatura totoque mundo supplicare. Ita S. Hieronymus ad *Rabotiam*, de vestibus sacerdotum, Philo, Josephus, Theodoretus et Beda.

Tropologie, in nostro tabernaculo, id est Ecclesia, alii afferunt cocceum bis tinctum, id est geminam charitatem; alii purpuram, id est mortificationem corporis; alii byssum, id est castitatem; alii hyacinthum, id est contemplationem caelestium; alii pilos caprarum, id est habitum penitentiae et patientiae; alii pelles ianthinas, id est spem supernorum; alii pelles arietum rubricatas, id est fortitudinem et martyrium, uti fecerunt Apostoli et Martyres; alii ligna setim, id est munditiam cordis; alii oleum misericordiae; alii thymiana boni et pii exempli. Vide Bedam in cap. xxvii. Audi et Origenem hic, *hom.* 9: Fides, inquit, auro conferri potest, sermo praedicationis argento, patientia aeri, lignis impubilibus scientia, bysso virginitas, cocco confessionis gloria, purpureae charitatis vigor, hyacintho spes regni caelorum.

PILOS CAPRARUM. — e quibus fiunt telae, camelote dictae, imbribus ferendis accommodae: neque enim cito aquam imbibunt. Ita Arias, tract. *De Arca Noe*. Haec tela, quia e pilis erant, hinc dicitur dicebantur; erant tamen pulchrae et concinnae exteri: unde et mulieres perite nendi hos pilos novisse dicuntur, cap. xxxv, vers. 7. Ita Cajetanus.

5. ET PELLE ARIETUM RUBRICATAS PELLESCOE IANTHINAS. — Pro ianthinas hebraice est שש *Lachas*, quod quid sit, incertum est; Judaei putant esse melim. Melis, qui et taxus dicitur, animal est asperum, mordax, mellis avidum, magnitudine vulpis, alvearibus infestum. Sed quis non videt eos Hebraeam vocem *tachas* Latinam facere, et ex litteris tantum divinare esse taxum, cum pelles taxorum sive melium sint colore felino, non hyacinthino? Quare magis credendum est non hyacinthino? Quare magis credendum est non Septuaginta, qui *tachas* vertunt *hyacinthinas*; et S. Hieronymo, qui vertit *ianthinas*, id est violaceae; et Josepho, qui ait tam has pelles, quam

precedentes, non melium, sed arietum et ovium fuisse, partim hyacinthino, partim rubro colore tinctas: sicut enim eadem lana tingebatur hyacinthino colore, et dicebatur hyacinthus vel purpureo, et dicebatur purpura, ut dixi vers. 4: ita pelles arietum aliae erant rubricatae, aliae hyacinthinae, quae hebraice dicebantur *schanayim* (1).

ET LIGNA SETIM. — Kimchi aliqui Rabbinii per *setim* intelligunt cedrum; sed errant. Nam S. Hieronymus in cap. lxx *Isaia*: «Setim, inquit, est genus arboris nascentis in eremo (in deserto Arabiae, et forte in loco qui dicitur est Setim, ubi filii Israel fornicati sunt cum Beelphegor, *Numer.* xxv, 1), spinae albae habens similitudinem, ex qua omnia ligna arcae et tabernaculi facta sunt instrumenta;» estque lignum impubitabile, ut vertunt Septuaginta, et levissimum, omnique ligna tam in fortitudine et soliditate, quam in nitore et pulchritudine superat.

Dixi lignum setim esse spinae albae simile, puta quoad folia et colorem; unde et factum est ut setim a Latinis et Graecis vocetur spina. Hinc et Theodolion, et S. Hieronymus, *Isaia* xlii, 19, et *Joaillis* iii, vers. 18, *setim* spinam transtulit: nam aliqui *setim* differre a spina magnitudine, quae ex eo quod setim sint grandes arbores, ex quibus tabulae latae ceduntur, ut patet hic in fabrica tabernaculi; spina vero alba pollicari tantum est crassitudine, altitudine vero bicubitalli, uti experientia patet, et docet Dioscorides, lib. III, cap. xii (2).

Fabulatur R. Salomon, dum ait apud Lyranum: «Jacob vidit in Spiritu Sancto quod filii sui erant facturi tabernaculum in deserto, et secum portavit semina in Aegypto, et radices arborum setim, et ibi plantavit, et nutrit, precipiens filiis suis, ut exeuntes de Aegypto secum portarent.» Nam, ut dixi ex S. Hieronymo, setim sponte nascitur in deserto.

Allegorice et angustice, tabernaculum factum ex lignis setim impubitabilibus significat Ecclesiam, tum militantem, tum magis triumphantem, quae omni sui parte incorruptibilis est, et aeterna: ita Beda. Augustus Caesar, Pisone domum a fundamentis usque ad tectum accurate edificante: «Animum, inquit, meum exhibitas, ita edificans, ac si Roma sit futura sempiterna.» Ita verissime Deus Ecclesiam edificavit, quae futura esset aeterna. Septuaginta addunt vel potius anticipant, lapides sardios. Verum de his audiemus inferius.

7. GEMMAS AD ORNANDUM EPHOD. — Hebraice, *ta*. Vers. 7.

(1) Pelles arietum rubricatae. Confinctur illae etiamnum frequenter et pulchrae in Turcia Asiae, et Maroccana Africae provincia, unde nos eas vocamus *maroquin rouge*. In phrasi hebraea adjectivum quod ad primum substantivum pertinet, ad secundum refertur, ut septius. (2) Juxta Rosenmullerum, Alliohi, etc. lignum setim est *acacia*. Cf. Bähr *Symbolik d. mosaïsch. Cultus*, I, 261.

Setim arbor qualis?

Allegorice.

in celo; sic et Cyrillus, lib. IV in Joannem, cap. XXVIII.

Stant
at Beati
los in
colo,
maxime
B. Virgi-
nem.
Primo.

Verum dico : Proprie et genuine arca, quae erat in Sancto sanctorum, quod caelum representabat, significabat Beatos in caelo, inter quos eminet B. Virgo : hinc non incongrue ipsa a S. Bernardo, serm. De B. Maria, et ab aliis vocatur arca testamenti. Audi eundem in *Sermonibus* : « Auctor, inquit, mirabilium Deus tria quaedam mirabilia operatus est in Maria. *Primum*, integritatem munditiae mirabiliter suscitavit, ut arca testamenti auro purissimo tegeretur. *Secundum*, puritatem virginis potentialiter fecundavit, ut rubus ardens non combureretur. *Tertium*, ima supernis ineffabiliter copulavit, ut scala Jacob mediante terrena caelestibus unirentur. » Longitudo arcae est longanimitas et sapientia Sanctorum; latitudo, charitas; altitudo, contemplatio et desiderium aeternorum bonorum. Haec habent mensuram cubiti quae perfecta est, quia in Beatis omnia quaeversum integra et perfecta sunt.

Secundo.

Secundo, arca facta erat ex lignis setim, quia Beati post resurrectionem habebunt corpora immortalia; auro erat oblecti, quia et anime Sanctorum ineffabili divinae visionis claritate, et corpora admirabili splendore fulgebunt. In ea sunt tabulae legis, quia Sancti olim meditati sunt in lege Dei die et nocte, in eaque nunc jugiter delectantur. Audi S. Hieronymum, ad *Eustochium*, de Virgine : « Sponsa Christi, inquit, est arca testamenti, intrinsece et extrinsece deaurata, custos legis Domini. Sicut in illa nihil aliud fuit, nisi tabulae testamenti, ita in te nullus sit extrinsece cogitatus. Super hoc propitiatorium, quasi super Cherubim, sedere vult Dominus. » Et S. Gregorius, lib. VII *Regist.* epist. 30 : « Quid est, inquit, sacerdotale cor, nisi arca testamenti? in qua quia spiritalis doctrina viget, procul dubio tabulae legis jacent. »

Tertio

Tertio, arca supra se habebat propitiatorium, quia Sancti supra se habent Christum redemptorem, Rom. III, 21.

Quarto.

Quarto, arca vallatur Cherubinis, quia Beati cinguntur sanctis angelis.

Quinto.

Quinto, corona arcae significabat coronas Sanctorum, quasi qui victores sint, triumphatores, reges et sacerdotes Dei : item aureolas Virginum, Martyrum et Doctorum. Annulli et vectes arcae significabant dona Spiritus Sancti, quibus anima sancta fit mobilis et agilis ad omne bonum : quatuor ergo annuli aurei sunt quatuor dona, quae ad intellectum pertinent, puta sapientia, intellectus, scientia et consilium; duo vectes sunt reliqua tria, puta pietas, timor et fortitudo, quae ad voluntatem pertinent. Vectes annulis debent inseri, quia nisi voluntas moveatur, parum juvat motus et illuminatio intellectus.

Denique coram arca erat urna cum manna, quia Beati semper meminerunt caelestis panis Eucharistiae, quo alii sunt in deserto hujus vite. Ante

arcam erat virga Aaron, quae frondens Aaron consignavit sacerdotium, quia Beati semper meminerunt sacerdotii Christi, qui sui corporis sacrificio sustulit peccata mundi, pro eoque jugiter Christum et Deum laudant : haec et plura libere. lib. II *De Templo*, cap. III.

Quin ergo ad hanc arcam, ad hasce corona, anhelamus? « Patriam nostram, inquit S. Cyprianus, tract. *De Mortal.*, paradisi computamus; parentes patriarchas habere jam cepimus. Magnus illic nos charorum numerus expectat; parentum, fratrum, filiorum frequens nos turba desiderat, jam de sua immortalitate secuta, et adhuc de nostra salute sollicita. Illic Apostolorum gloriosus chorus, illic Prophetarum exultantium numerus, illic Martyrum innumerabilis populus ob certaminis et passionis victoriam coronatus; triumphantes illic virginis, quae concupiscentiam carnis continentia robore subegerunt. »

Et S. Bernardus, *De premio caelest. patr.* : « Videbit Beatus Deum ad voluntatem, habebit ad voluntatem, fruetur ad jucunditatem. In eternitate vigebit, in veritate fulgebit, in bonitate gaudebit. Sicut habebit permanenti aeternitate, sic cognoscenti facilitatem, requiescenti felicitatem. Civis siquidem erit sanctae illius civitatis, cujus angeli cives sunt, Deus Pater templum est, Filius ejus splendor, Spiritus Sanctus charitas est. » Idem in *serm.* : « O beata regio paradisi, o beata regio deliciarum, ad quam suspiro de valle lacrymarum ! ubi sapientia sine ignorantia, ubi memoria sine oblivione, ubi intellectus sine errore, ubi ratio sine obscuritate fulgebit. Beati qui habitant ibi ! laudabant Deum in secula seculorum, amen. Regnum Dei conceditur, promittitur, ostenditur, percipitur : conceditur in predestinatione, promittitur in vocatione, ostenditur in justificatione, percipitur in glorificatione. » Et S. Augustinus : « Ibi, inquit, hymnidici angelorum chori, ibi societas civium supernorum, ibi dulcis solemnitas a peregrinationis hujus tristi labore redeuntium, ibi festivitas sine fine, aeternitas sine labe, serenitas sine nube. »

Symbolice, S. Thomas, II, *Quaest.* CII, artic. 4, ad 6 : Tria, inquit, quae erant in arca, vel juxta arcam, significabant tria Dei attributa, scilicet tabulae legis sapientiam, virga potentiam, manna bonitatem Dei. Rursum arca, ubi est Ecclesia et respublica ejusque praesides habebat tabulas legis, virgam discipline et correctionis, manna dulcedinis in gubernatione : ita S. Gregorius, *epist.* 23, lib. I. Hinc Samaritanus, inquit, vulnerato infundit oleum et vinum, « ut per vinum scilicet mendeant vulnera, per oleum foveantur. Sit ergo amor, sed non emolliens; sit vigor, sed non exasperans. » Vide eundem II *part. Past.* cap. vi, et lib. XX *Moral.* viii. Habent apes mel, habent et aculeum, quo defendant alvearia. Sic qui regit rempublicam, habet mel, id est clementiam dulcedinem; habet et aculeum justitiae, quo adver-

sus speratos rampullicam teneat. Hoc prudentissimus ille rex indicavit, qui insigne sibi esse voluit gubernationis punicum malum, quod dulcedinem habet acori permixtam. « In regimine, ait S. Gregorius, miscenda est lenitas severitati, quatenus ardens timere debeat, et iratus amari. Et eum nimia lenitas vilem non reddat, aut immoderata severitas odiosum. » Nunc ad textum redeamus.

Calculus
mensuratus
est 24
digitos
rem
transversum
arcum.

Cujus LONGITUDO HABEAT DUOS ET SEMIS CUBITOS. — Cubitus hic accipi debet, non major, sive regius, qui 27 digitos continet, teste Herodoto, lib. I; multo minus maximus, id est geometricus, qui sex communis cubitos continet, uti docet ex Origene S. Augustinus, lib. XV *De Civit.* XXVII; sed vulgaris, qui est ea longitudo quae a flexu brachii porrigitur usque ad extremum digiti qui index vocatur, continetque quatuor et viginti digitos, sive duas spithamas; spithama autem est spatium, quod distenta manu inter pollicem et indicem interjacet, continetque duodecim digitos transversos. Patet hoc ex Josepho, lib. III *Antiq.* vi, et Beza, lib. I *De Tabern.* cap. iv. « Longitudo arcae, ait Josephus, erat quinque palmorum, altitudo vero et latitudo trium palmorum; » pro palmo Graeco est *παρμην*, quam dixi duodecim continere digitos. Ita ut duo cubiti cum dimidio quinque palmos, vel spithamas efficiant (1).

Ves. II.

11. ET DEURABIS EAM AUREO, — laminis aureis, non vero foliis aureis; id satis patet ex eo quod in Hebraeo pro *deaurabis*, est abscondes, coeperies et vesties eam auro : idque *intus et foris*, ut tropologie significat animam justam tam interius, quam exteriori debere esse sanctam, et undequaque auro charitatis circumdari. Ruffino objicit S. Hieronymus quod « intus sit Nero, foris Cato, » quod privatim vivat in deliciis, publice vero severitatem in habitu et incessu ostendet : haec est hypocrisis Deo et hominibus displicens. Sanctus tam intus, quam foris, sit non Cato, sed Paulus, sed Joannes, sed angelus.

FIACIESQUE SUPRA CORONAM AUREAM PER CIRCUTUM. — Corona hae arcae non erat rotunda, sed quadrata; quadrata enim erat ipsa arca, quam haec corona circumicea instar limbi ambebat. Ita Hugo. Hic ergo limbus exterior erat, surgebatque et attollebatur supra arcam. Septuaginta vertunt, *facies et cymatia aurea versatilia*, vel potius *tormenta*; quod miror interpretem Complutensem vertere, *facies et undulas aureas* : nam cymatia non tantum parvas undas et fluctus, sed et, metaphora ab undis ducta, significant apud Vitruvium supremam in columnis epistillia, sive capitelli par-

(1) Michaelis in *Jure Mosaic.* P. IV, § 226 seqq., haec accurata determinatione mensurarum in aedificando tabernaculo Moesem cavisse existimat, ne eas in vita communi adulerentur. Si enim tabernaculum et vasa sacra ad mensuras praescriptas accurate confecta erant, semper exemplum habebant, ad quod mensurae in vita communi usitate accommodari et examinari possent.

tem; quod significatum apposite hic imitati Septuaginta limbum arcae eminentem vocaverunt cymatia, eaque tormenta, id est fixa quidem, sed tortili opere, veluti tortiles torques elaborata. Ita S. Augustinus, *Quaest.* CIV, et hoc forte voluit Complutensis interpres, nova undularum metaphora Latina, Graeco usitatam in cymatis affectans.

12. ET QUATROU CIRCULOS AUREOS. — Erant hi circuli ad quatuor angulos arcae, iisque inserebantur vectes, ut his arca humeris quatuor sacerdotum ad magnificentiam gestari posset : non enim decebat arcam plastro trahi aut vectari. Porro vectes secundum longitudinem arcae extensos fuisse, non vero secundum latitudinem; arcaeque in longum gestatam et portatam fuisse, non vero in latum sive transversum, ut Cajetanus vult, satis significat Josephus, cum ait : « Ex utroque longiori latere intrant annuli, » per quos scilicet vectes immittebantur ad gestandam arcam. Cavet autem Deum vers. 13, ne vectes unquam his circulis extraherentur, ne unquam sacerdotis se arcae ferendae cura et onere liberatos esse putarent, inquit Arias.

QUOS PONES PER QUATUOR ARCAE ANGULOS. — Pro *angulos* hebr. est *פסוקות* *paucotot*, quod proprie gressus et pedes significat; unde videtur quod arca non fuerit humi, sed habuerit quatuor pedes, id est globos et sphaerulas, quibus insisteret, quaeque haberent speciem rotularum : erat enim arca carrus gloriae Dei, uti dicam vers. 18.

46. PONESQUE IN ARCA TESTIFICATIONE, — id est legem, sive tabulas legis : lex enim saepe dicitur *testimonium*, aut *testificatio*, quia attestationem continet voluntatis divinae, eaque Deo testatum reliquit quid velit ab hominibus fieri.

Hinc dicta fuit « arca testimonii, » id est legis, et « arca testamenti, » id est foederis : continebat enim legem, quae erat conditio foederis inter Deum et Hebraeos inili; consequenter tabernaculum ab arca quam continebat, vocatum est « tabernaculum foederis » et « tabernaculum testimonii; » imo hinc et ipsa arca vocatur « testimonium, » cap. xxx, 6; *Num.* xvii, 4; *Levit.* xxiv, 3, idque metonymice, quia scilicet arca in se continebat testimonium, id est tabulas legis. Porro solas legis tabulas in arca illa, cujus tanta apud Hebraeos erat religio, fuisse, non autem urnam cum manna, aut virgam Aaronis, expressit docet Scriptura, III *Reg.* viii, 9, et II *Paralip.* v, 10, et Josephus, lib. VIII *Antiq.* II. Hinc tam urna cum manna, quam virga Aaron, in Pentateuco non in arca, sed in tabernaculo coram Domino, id est ante arcam, deposita narrantur, ut patet *Exodi* xvi, 33; *Num.* xvii, 4. Vide dicta ad *Hebr.* ix, 4.

17. FIACIES ET PROPITIATORIUM DE AUREO MUNDISSIMO. — Nota primo: Propitiatorium erat arcae operculum, sive tabula operiens et tegens arcam, ut patet vers. 20; unde pariter cum arca erat longitudo et latitudo : hinc et a Septuaginta vocatur *ισόπυα*, id est *superpositum*, puta supra arcam,

Arca dic-
tur tes-
timonii
et testa-
menti &
cui?

Ves. I
Propiti-
atorium
primo,
erat tabu-
la tegens
arcam.

hoc est arce operculum, quod arce per cardines aureos iungebatur, uti docet Josephus, lib. III Antiq. vi : « Habebat, inquit, arca tegmen aureis cardinibus coaptatum, nulla ex parte promi-nens. »

Secundo, dicitur arca ex puro auro. Secundo, propitiatorium erat tabula facta, non ex lignis setim auro obductis, uti erat arca, sed ex puro auro.

Tertio, dicitur hebraice caporet, quod tam propitiatorium, quam operculum arce significat. Unde Septuaginta vertunt id dicitur in hebraeo, id est placatorium, sive propitiatorium operculum.

Quarto, dicitur est propitiatorium, quasi locus placationis, eo quod ibi Deus Mosi apparens, et cum eo loquens, placabatur et propitiabatur populo; in propitiatorio ergo erat oraculum Dei, ut patet vers. 18, et cap. xxxvii, 6, et Num. vii, vers. ult. : « Cumque, inquit, ingrederetur Moses tabernaculum fœderis, ut consuleret oraculum, au-diebat vocem loquentis ad se de propitiatorio, quod erat super arcam testimonium inter duos Cherubim; » atque ideo Deus dicebatur sedere super Cherubim : nam hi tegebant propitiatorium. Hinc illa pars templi, quae Sancti sanctorum, in qua erat propitiatorium, dicta est oraculum, quia inde Deus dabat oracula.

Quinto, propitiatorium cum duobus Cherubim erat quasi sedes et thronus Dei; arca vero erat scabellum pedum ejus, id patet Psal. cxviii, ubi dicitur : « Adorate scabellum pedum ejus, » id est, adorate arcam, proci-die coram arca. Unde probabiliter censent aliqui, ut D. Thomas, Cajetanus, Delrio, et a Castro in Thren. ii, 1, propitiatorium fuisse elevatum, et in altum a Cherubinis sublatum supra arcam : alioqui enim non potuisset esse sedes Dei; ita ut arca esset scabellum pedum ejus. Ratio etiam et dignitas propitiatorii hunc situm exposcere videtur : erat enim ipsum thronum aureum, quasi thronus Dei, ideoque longe nobilior erat ipsa arca lignea, et rem longe nobiliorem representabat.

Verius tamen censent Abulensis, Alcazar, Ribera et alii propitiatorium immediate et proxime impositum fuisse, tetigisse et texisse ipsam arcam : tum quia id docet Josephus, lib. III Antiq. cap. vi; tum quia Scriptura, vers. 20, dicitur propitiatorium vocat operculum et tegum. tum arce; tum quia alioqui arca fuisset aperta, et hasset non decebat autem eam patere, seque, et ea quae in ea erant, nuda ostentare, praesertim cum arce et cistae nostrae claudi soleant, ne pulveribus impleantur; tum quia alioqui fulcris, v. g. columnis aut cardinibus longis debuisset sustineri propitiatorium supra arcam, et per illos arce conjungi (ad hoc enim non sufficiebant alae parvae et graciles Cherubinorum) : horum autem fulerorum non meminit usquam Scriptura, cum tamen exacte arcam cum propitiatorio describat. Fictitia ergo sunt haec fulcra et cardines.

Dices : Quomodo ergo arca dicitur scabellum Dei sedentis in propitiatorio?

Respondeo, id dici, quatenus propitiatorium includebat Cherubinos, in quorum alis sedebat Deus : alioqui enim propitiatorium praesice non erat thronus, sed scabellum throni Dei. De quo plura inferius.

Allegorice, propitiatorium significat Christum, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, » Rom. iii, 21, ubi propitiationem, alii legunt propitiatorem. Utrumque significat Graecum *δασύπτερον*, quo nomine Septuaginta semper hic vocant propitiatorium : unde non dubium est quin Paulus, qui solet sequi Septuaginta, huc alluserit. Primo ergo propitiatorium erat supra arcam, quia Christus omnes Beatos gratia et gloria transcendit; illi tamen jungitur arca per cardines, quia omnis Sanctorum gratia et gloria a Christo, Christique meritis descendit. Secundo, totum erat ex auro, quia Christi humanitas non per se, sed in deitate, puta in Verbo, subsistit; ideoque in ea « inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. » Et, ut ait S. Joannes : Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiae et veritatis. » Tertio, Christus est operculum arcae, quia gloria et coronis Sanctorum cingitur, inquit Origenes, ipsique Sancti coronas subjungit et offerunt Christo, perinde ac arca suam coronam quasi offerebat propitiatorio. Quarto, Christus est oraculum Patris, enarrans, ut vidit in sinu Patris abscondita a constitutione mundi. Quinto, humanitas Christi fuit quasi sedes et thronus, imo scabellum divinitatis Verbi. « Christus, inquit S. Bernardus, serm. 22, factus est nobis sapientia in praedicatione, iustitia in peccatorum absolute, sanctificatio in conversatione, redemptio in passione. » Et S. Gregorius, hom. 4 in Ezech. : « Redemptor, ait, noster factus est homo nascendo, vitulus moriendo, leo resurgendo, aquila ad caelos ascendendo. » Haec sunt quatuor stemmata Christi, quae ei praefurunt Cherubini, ut patet Ezech. 1, 10. Quare S. Ambrosius : « Omnia, ait, habemus in Christo, et omnia in nobis Christus. Si a vulnere curari desideras, mentes est : si febribus aestuas, fons est : si gravaris iniquitate, iustitia est : si indiges auxilio, virtus est : si mortem times, vita est : si tenebras fugis, lux est : si caelum desideras, via est : si cibum quaeris, alimentum est. » Hinc et Claudianus :

Christe potens rerum, redeuntis conditor avi, Vox summi sensusque Dei, quem fudit ab alia Mente Pater, tanquam dedit consortia regni, Impia tu nostrae domuisti crimina vita.

Christus enim fuit verus Noe, qui nos requiescere fecit a laboribus et oneribus nostris.

Merito ergo S. Bernardus, serm. 20 in Cantico, et « Super omnia, ait, reddidit te mihi amabilem, bone Jesu, calix quem bibisti, opus nostrae re-

demptionis : hoc enim amorem nostrum sibi vindicat. Hoc, inquam, nostram devotionem blandius allicit, justius exigit, arctius stringit et vehementius afficit. Propitiatorium ergo nostrum, ad quod in omni difficultate confugere debemus, est Christus patiens et crucifixus. « Passio Christi caelum sustentat, mundum regit, tartarum perfodit; in ea confirmantur angeli, redimuntur populi, conteruntur inimici, stabiluntur subsistentia, animantur viventia, consentiunt sententia, illustrantur intelligentia, » ait Rabanus, De Laude crucis.

Itaque spes nostra, amor noster, refugium nostrum semper et ubique sit Christus. Ita Theodorus Martyr Publico roganti : « Mavisne esse cum tuo Christo, an vero nobiscum? » respondit : « Cum Christo meo et sum, et fui, et ero : ideoque non timeo tormenta tua. » Ita Carolus Quintus illud Julii Caesaris : « Veni, vidi, vici, » invertit dicens : « Veni et vidi, sed vici Christus. » Ita Paulus : « Mihi, inquit, vivere Christus est, et mori haerum. »

VER. 18. 18. DEOS QUOQUE CHERUBIM AUREOS ET PRODUCTI-FACIES EX UTRAQUE PARTE ORACULI.

Quaeritur hic primo, quidnam fuerit hi duo Cherubini? Nota : Moses vix exprimit, vel significat speciem horum Cherubim, sed ne Judaei in idola proni illorum idolum facerent et colerent. Primo ergo Philo, lib. De Cherubim, ait, Cherubim esse symbola vel signa quae extimam universi caeli circumferentiam significant et representant, in qua eodem modo semper divinas choreas fixae stellae agitant : ubi videtur Philo sensisse octavam sphaeram, sive caelum stellatum esse extimum et ultimum, significatum per Cherubim, ac praeterea Cherubim esse symbola potestatis et bonitatis divinae; sed quoniam haec signa fuerint, qua specie et forma, silet Philo. Philonem sequitur Theodoretus in Genes., Quaest. XL, ubi docet nomine Cherub in Scriptura semper significari horribilem potentiam. Hoc, si etymon Cherubim spectes, falsum est; si rem ipsam, verum : quia Deus Cherubinis, utpote summis fere suae aulae principibus, non utitur nisi ad res excelsas et arduas.

Secundo, Josephus, lib. III Antiq. cap. vi : « Cherubim, ait, animantia sunt volucra, nova specie, nec unquam cuiquam hominum visa, quae Moses in Dei solio viderat figurata. »

Verum dico primo, duos hosce Cherubim habuisse humanam speciem et formam. Ita docent communiter Hebraei et Christiani; idque patet lib. II Paral. iii, 13, ubi de Cherubim dicitur : « Ipsi autem stabant erectis pedibus. » Secundo, quia Cherubini Ezechielis cap. 1, qui facti sunt ad instar horum Cherubim, habuerunt speciem hominis, sive alati juvenis : nam habebant manus hominis, quibus accipiebant ignem, ut dicitur cap. x Ezech. vers. 7. Id fuisse et erudite ostendit Hieronymus Prado in cap. i Ezech., scilicet quatuor

illa Ezechielis animalia habuisse formam quidem quatuor animalium; sed maxime toto corpore et facie hominem representasse, indeque dicit Cherubim, sive alatos juvenes, puta angelos. Tertio, quia Cherubini hi habebant facies hominis; nam de eis hic dicitur in Hebraeo : Et facies viri versa erat ad fratrem suum. Erant ergo Cherubini effigies aureae, specie alati et imberbis juvenis, ut scilicet haec specie representarent vigorem, vivacitatem et aeternitatem angelorum, qui sunt quasi principes semper stipantes et astantes Deo; sicut eadem de causa Imperatores olim pingebantur imberbes, quasi dii quidam terrestres, qui nunquam senescerent.

Dico secundo : Verisimile est hosce Cherubim praeter speciem hominis, etiam aliam aliorum animalium habuisse. Probatur primo, quia et Josephus, et S. Hieronymus in cap. x Ezech., et epist. 13 ad Marcellam, hosce Cherubim animalium formam attribunt. Secundo, quia disertè Ezechiel, cap. 1, docet Cherubim habuisse speciem quatuor animalium, scilicet hominis, aquilae, leonis et vituli. Idem, cap. x, vers. 14, faciem Cherub vocat faciem vituli; illi autem Cherubini Ezechielis fuerunt similes, imo item cum hisce Mosaicis, uti communiter docent doctores, quos citat Viegas in Apoc. iv, sect. XII, et Vilalpando in cap. XI Ezechiel. p. 318. Unde Ezechiel, cap. x, vers. 20, loquens de quatuor animalibus quae viderat cap. 1 : « Intellexi, inquit, quod essent Cherubim, » scilicet illi vulgo celebres apud Judaeos, quos Moses jussu Dei fecit in tabernaculo. Haec sententia verisimilior videbitur, si dicamus cum Hieronymo Prado, quatuor facies Cherubim apud Ezechielem non fuisse facies proprie dictas, Hebraeum enim *פנים* *panim*, et graecum *πρόσωπον*, vel *ὄψις*, significat speciem, formam, habitum : ita ut facies proprie dicta Cherubinorum fuerit tantum humana; facies vero improprie dicta, id est species, fuerit quadruplex. Prima enim et praecipua facies et species totius pene corporis, fuit hominis. Secunda fuit aquilae, quia habebant alas aquilae. Tertia fuit leonis, quia habebant juba leonis. Quarta fuit vituli, quia habebant pedes, id est ungulas vituli.

Verum Sebastianus Barradius, Alcazar et passim alii hanc sententiam, quasi novam et difficilem rejiciunt, censentes hasce quatuor facies Cherubim apud Ezechielem fuisse facies proprie dictas. Id enim verba Scripturae plane significant, cum distinguunt facies ab alis sive pennis, et a pedibus, Ezech. 1, 6 : « Quatuor, inquit, facies uni, et quatuor pennae uni. Pedes eorum recti, et planta pedis vituli. » Et vers. 11 : « Facies eorum et pennae eorum extente desuper. » Rursus, quod unam faciem dicat fuisse a sinistris, aliam a dextris. Et ita hosce Cherubinos per quatuor facies, sat commode et concinne depingit Alcazar in Apoc. iv, pag. 392.

Quidquid sit de hac re, de qua plenius disse-

Secundo, dicitur arca ex puro auro.

Tertio, dicitur hebraice caporet, quod tam propitiatorium, quam operculum arce significat.

Quarto, dicitur est placatorium, sive propitiatorium operculum.

Quinto, dicitur erat arca cultum.

Quinto, erat quasi sedes Dei.

An propitiatorium fuerit elevatum supra arcam?

Arca erat scabellum throni Dei quomodo?

Allegorice, de propitiatorio dicitur Christus.

Quarta, Christus est oraculum Patris.

Quinto, humanitas Christi fuit quasi sedes et thronus Dei.

Quaeritur hic primo, quidnam fuerit hi duo Cherubini?

Nota : Moses vix exprimit, vel significat speciem horum Cherubim, sed ne Judaei in idola proni illorum idolum facerent et colerent.

Primo ergo Philo, lib. De Cherubim, ait, Cherubim esse symbola vel signa quae extimam universi caeli circumferentiam significant et representant, in qua eodem modo semper divinas choreas fixae stellae agitant : ubi videtur Philo sensisse octavam sphaeram, sive caelum stellatum esse extimum et ultimum, significatum per Cherubim, ac praeterea Cherubim esse symbola potestatis et bonitatis divinae; sed quoniam haec signa fuerint, qua specie et forma, silet Philo.

Philonem sequitur Theodoretus in Genes., Quaest. XL, ubi docet nomine Cherub in Scriptura semper significari horribilem potentiam.

Hoc, si etymon Cherubim spectes, falsum est; si rem ipsam, verum : quia Deus Cherubinis, utpote summis fere suae aulae principibus, non utitur nisi ad res excelsas et arduas.

Secundo, Josephus, lib. III Antiq. cap. vi : « Cherubim, ait, animantia sunt volucra, nova specie, nec unquam cuiquam hominum visa, quae Moses in Dei solio viderat figurata. »

Verum dico primo, duos hosce Cherubim habuisse humanam speciem et formam. Ita docent communiter Hebraei et Christiani; idque patet lib. II Paral. iii, 13, ubi de Cherubim dicitur : « Ipsi autem stabant erectis pedibus. »

Secundo, quia Cherubini Ezechielis cap. 1, qui facti sunt ad instar horum Cherubim, habuerunt speciem hominis, sive alati juvenis : nam habebant manus hominis, quibus accipiebant ignem, ut dicitur cap. x Ezech. vers. 7. Id fuisse et erudite ostendit Hieronymus Prado in cap. i Ezech., scilicet quatuor

Quatuor facies hominis.

Cherubim habebant speciem quatuor animalium.

An habebant facies quatuor animalium?

ram *Ezech.* cap. 1, videtur hi Cherubini Mosis habuisse speciem illorum *Ezechielis*, quia illorum videtur fuisse typus et exemplar. Unde tam ab *Ezechiele* quam a *Mose* non aliter quam *Cherubim* vocantur, quasi idem, et ex eodem nomine noti. Adde *Cherubim* tam hic quam *Ezech.* 1, quadruplici sua specie debuisse significare quatuor stemmata Dei sedentis in propitiatorio, uti mox plenius explicabo. Hinc rursus *S. Joannes*, *Apocalypsis* iv, 7, hosce *Cherubim* quatuor animalium specie describit. Hinc etiam *Apostolus* *Cherubim* vocat *obumbrantia propitiatorium*, in genere neutro, quia respicit ad animalia illa *Ezechielis*, quorum speciem habebant *Cherubini*. Hinc *tertio*, in Scriptura «opus *Cherubim*» vocatur opus varium, et varie depictum, sicuti hi *Cherubini* variam quatuor animalium habebant speciem et formam. Hinc denique, scilicet ab hisce *Cherubim* *Hebraeorum*, «*Egyptii* mutuati sunt suos sphinges, inquit *Clemens Alexandrianus*, lib. V *Stromatum*, eosque in suis sacris posuerunt, quippe quod de Deo oratio sit enigmatica et obscura; forte autem quod oporteat Deum amare et timere: amare quidem, ut sanctis benignum et propitium; timere autem, ut qui impiis sit justus inexorabiliter: fere enim simul et hominis imaginem sphinx significat;» hactenus *Clemens*: ex quo liquet sphinges *Egyptiorum* fuisse simias *Cherubinarum*. Sicut enim *Cherubini*, ita et sphinges, divinarum et arcanarum rerum obscurarum et sublimium cognitionem representabant. Unde *Hortensio* oratori, qui accepta mercedis loco a Verre sphinge aurea, sibi obscurus aliquid dicens, se enigmatum solvendorum imperitum esse dicebat, salse respondit *Cicero*: «Atqui sphingem domi habes;» testis est *Plutarchus* in *Cicerone*. Erat denique sphinx multiformis eque ac *Cherubim*. Unde *Poeta*:

Sphinx volucris pennis, pedibus fera, fronte puella:
Sphinx ergo alata est volucris, leo, virgo, triformis.

Cherubim sexu carere.

Ad dit *B. Salomon* duos *Cherubim* fuisse sexu distinctos, unumque fuisse marem, alterum feminam; idem censet *Arias Montanus*, lib. *De Noe*, titulo *de Propitiatorio*. Verum hoc tam ridiculum est, quam indecorum et inhonestum: nam angeli sexu carent. Nostri *Cherubini* vestiunt talaribus tunicis, eosque zonis cingunt: sed hæc affixerunt eis pictores ad ornatum: nam nulla hic fit vestis mentio; nudi ergo erant hi *Cherubini*, alii tamen ex parte se velabant, unde et a nemine conspiciantur: nemo enim ingredi poterat Sanctum sanctorum, nisi pontifex, idque semel tantum in anno, tumque nebula et fumus incensi tegebat *Cherubinos*, ut videri non possent.

Queritur secundo, quo situ fuerint *Cherubini*.

Queritur *secundo*, quis et qualis esset horam *Cherubim* situs circa arcam et propitiatorium? Dico *primo*: hic erat eorum situs, ut partim alii, partim corpore suo totum propitiatorium

tegerent. Nam unus *Cherub* erat ad Meridiem propitiatorio, alter ad Septentrionem, ita ut crassitudine corporum suorum tegerent latera illa latitudinis propitiatorii: latus vero Orientale et Occidentale, quæ erant latera longitudo propitiatorii, tegebant et velabant alii suis expansis ad invicem; sicuti si duo homines sese invicem aspiciant, et manibus teneant: sic enim et hi duo *Cherubim* facies habebant versas ad invicem versus propitiatorium, et ala sua expansa unus aliam alterius expansam ab utroque latere contingebat. Alius erat situs et dispositio *Cherubim*, quos in templo fecit *Salomon*: illi enim non erant sibi obversi, sed contigui et laterales; unus enim erat ad latus alterius positus. Hinc *secundo*, non habebant facies versas ad se mutuo, sed uterque faciem habebat ad Orientem, tergum vero ad Occidentem. *Tertio*, non ambiebant arcam et propitiatorium, ut faciebant hi *Mosaici*; sed exponebant alas per totam latitudinem Sancti sanctorum, ita ut unus *Cherub* extremitate unius alæ suæ tangeret parietem Meridionalem; alter vero et contiguus extremitate unius alæ suæ tangeret oppositum parietem Septentrionalem Sancti sanctorum. Denique *Salomon* duplices fecit *Cherubim*, scilicet primos in Sancto sanctorum jam dictos, secundos ad altare thymiamatis, similes prioribus, qui altare velarent, ut priores velabant arcam, ut patet I *Paral.* xxviii, 18; quibus adde tertios hos *Cherubim* quos fecit *Moses*, et quos *Salomon* cum arca intulit in suum templum et Sanctum sanctorum. Triplices ergo *Cherubim*, jam dicti, fuerunt in templo *Salomonis*.

Dico *secundo*: Hi duo *Cherubini* non fuerunt affixi propitiatorio, sed ex ipso propitiatorio per malleationem fuerunt producti; hoc enim significat *productiles*, et clarius *Hebræa* quæ habent, *ex propitiatorio facies eos*. Unde sequitur *Cherubim* fuisse factos ex solido auro: ex tali enim auro factum erat propitiatorium.

Sed dubium est an hi *Cherubini* in aere fuerint penduli, an limbo arce insistentes; an supra propitiatorium, an vero in terra pedibus consisterint?

Primo, ii qui putant propitiatorium fuisse alte supra arcam elevatum, illicque per longos cardines affixum cohesisse, censent *Cherubim* ex propitiatorio procedentes in aere fuisse pendulos, specie genulectentium, et adorantium Deum sedentem in propitiatorio. Ratio est, quia hic situs decet angelos respectu Dei; et quia, si propitiatorio ita alte elevato, *Cherubini* in terra consistissent, nimis longi et alti fuissent: erexissent enim se a terra supra propitiatorium, itaque cum eo, et cum arca, quæ parva erant, justam non habuissent proportionem: adde, tam vastos difficile fuisset malleatione produci ex propitiatorio.

Hæc sententia posito illo fundamento de propitiatorio ita alte supra arcam elevato, satis probabilis est: verum alii hoc fundamentum rejiciunt, ut superius dixi.

Cherubini tegebant propitiatorium.

Situs *Cherubim* in templo *Salomonis*.

Triplex *Cherubim* in templo *Salomonis*.

Cherubini sunt producti ex propitiatorio.

Quis sit situs *Cherubim* in templo *Salomonis*.

Secundo, *Cherubini* tegebant propitiatorium.

Tertio, *Cherubini* in templo *Salomonis*.

Quarto, *Cherubini* sunt producti ex propitiatorio.

Secundo, alii censent *Cherubinos* uno vel utroque pede insitisse limbo arce, itaque sinuato nonnihil corpore elevasse se, et suis duntaxat manibus vel alis, sine cardinibus sustentasse propitiatorium. Sed hoc parum probabile est, *primo*, quia Scriptura expresse dicit *Cherubim* non ex arca, sed ex propitiatorio prodisse; *secundo*, ille situs *Cherubim* sinuatus indecens fuisset, molestus et incommodus; *tertio*, manus parvæ *Cherubinarum* ita curvatorum, non sufficissent ad tantum pondus propitiatorii (quod erat ex solido auro, et habebat in longitudine duos cubitos cum dimidio, in latitudine vero cubitum cum dimidio) sine cardinibus, aliisque fulcris sustentandum.

Tertio, *S. Thomas*, I II, *Quæst.* CII, art. 4, ad 6, *Cajetanus*, *Ribera* et alii putant *Cherubinos* stesisse in pavimento Sancti sanctorum: inde enim erigebant se, ita ut alii suis sustinerent propitiatorium. Probatur, quia alii situs indecentes, vel incommodi fuissent, ut jam dixi; *secundo*, quia sic *Cherubini* qui erant in templo *Salomonis*, stabant in pavimento; *tertio*, quia *Cherubini* *Ezechielis* erant stantes, imo ambulantes. Unde *Vilalpando* in suis ideis templi, stantes *Cherubinos* tam tabernaculi, quam templi depingit. Verius ergo videtur *Cherubim* stesisse in terra, indeque erigentes se sustentasse propitiatorium, quia scilicet manibus suis illud tenebant, et alis suis illud velabant. Hosce enim *Cherubinos* præter alas nabuisse manus patet ex eo, quod habebant speciem hominis, quodque *Ezechiel*, cap. x, vers. 7, expresse eis tribuat manus.

Ubi nota, hos *Cherubinos* non tantum habuisse speciem stantium, sed volantium: habebant enim alas expansas, quia hisce significabant angelos, qui celerrime volant, de quibus ait *Psalmes*, et *S. Paulus*: «Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis.» Hinc etiam dicitur Deus volare super *Cherubim*, *Psalm.* xvii, 11. Rursus, hi *Cherubini* licet vultibus sibi invicem essent obversi, vultus tamen dimittebant ex reverentia non audentes respicere propitiatorium, nec Deum in eo sedentem; sed alii suis eum quasi velabant. Erant ergo hi *Cherubini* inferiores sui parte, scilicet a pectore deorsum, sub propitiatorio; capite vero, humeris et alis erant supra propitiatorium, ut ait hic Scriptura, præsertim in *Hebræo*, quia hic Deum, ut dixi, quasi velare debebant.

Verum in hæc sententia difficile est explicare quemodo arca, utpote proxime subjecta propitiatorio et *Cherubinis*, fuerit scabellum Dei sedentis in eis. Rursus quemodo Deus potuerit sedere in propitiatorio, alii *Cherubim* elatis sustentato; hæ enim alæ altiores erant propitiatorio (illud enim velabant), ac proinde in aliis hisce, non in propitiatorio, sedebat Deus.

Dico ergo: verius videtur *Cherubinos* non tetigisse, nec sustentasse propitiarium, sed illi pe-

dibus insitisse, ita ut alii suis expansis partim tegerent propitiatorium, instar tecti vel umbraculi, unde ab *Apostolo* vocantur «umbrantia propitiatorium,» *Hebr.* ix, 8; partim ut lisdem alis sedem præberent Deo, qui inde dicitur sedere super *Cherubim*: ita ut arca cum suo operculo, puta propitiatorio, esset scabellum pedum Dei. Id ita esse probatur *primo*, ex *Josepho*, qui, utpote *Hebræus* et sacerdos doctissimus, *Hebræorum* rerum fuit peritissimus: ipse enim disertè hoc asserit, lib. III *Antiq.* vi: «Erant, inquit, operculo (arca, id est propitiatorio) impositæ effigies due, quas *Hebræi* *Cherubos* vocant;» *secundo*, ex eo quod *Psalm.* lxxix, 2, *Daniel.* iii, 33, et alibi, Deus dicitur sedere, non in propitiatorio, sed super *Cherubim*; rursus, quod *Cherubim* alii suis superne texerint et velarint arcam, ac consequenter ipsum propitiarium, quod erat arce operculum. Ideo enim, vers. 22 et alibi, *Cherubim* dicuntur fuisse super arcam, et vicissim arca dicitur fuisse subter alas *Cherubim*, II *Paral.* v, 7 et 8; licet enim ibi sit sermo de *Cherubim* quos fecit *Salomon*, non *Moses*, tamen hoc ipsum rem hæc confirmat: suos enim *Cherubim* fecit *Salomon* adinstar *Mosaicorum*; *tertio*, ex eo quod *Psalm.* xcvm, 3, dicitur arca fuisse scabellum pedum Dei: sic arca ergo, et propitiarium (utpote arce operculum), fuit scabellum pedum Dei; *quarto*, quia hic situs videtur maxime conveniens, tum quia hoc modo arca erat instar currus velati, et instar domus suam habens quasi tectum, puta alas *Cherubim*; tum quia sicut propitiatorium et arca significabant Christum hominem, ejusque Sanctos: ita *Cherubim* significabant angelos, quibus insidet et præsidet Deus. Sicut ergo natura tam angelica quam divina, præeminet nature humane Christi et Sanctorum: ita *Cherubim* cum suis aliis eminebant insistentes arce et propitiatorio, positi in ejus summitate, ut dicitur cap. xxxvii, vers. 8.

Dico: Propitiatorium vocatur oraculum *Enochi* *Oseæ* xxv, 18, et cap. xxxvii, 6; ergo erat quasi thronus Dei loquentis, et oracula dantis.

Respondeo: Propitiatorium erat oraculum, non se solo præcise, sed quatenus completebatur *Cherubinos* cum aliis suis. Hi enim toti aerei erant æque ac propitiarium, erantque ex eo malleatione producti: unde cum eo unum quid in genere artis esse videbantur, puta unus thronus Dei. Thronus enim Dei integer, et indigus, scilicet tam inferne quam superne perfectus, erant *Cherubim* cum propitiatorio. Nam alæ *Cherubim* insistentium propitiatorio erant quasi sedes Dei, propitiatorium vero erat quasi scabellum ejusdem. Unde Deus proprie et præcise dicitur sedere super *Cherubim*, quasi thronum suum, indeque loqui et dare oracula. Hoc enim est quod dicitur vers. 22: «Inde præcipiam et loquar ad te supra propitiarium, ac de medio duorum *Cherubim*, qui erunt super arcam.» Et *Num.* vii,

Cherubini stabant supra propitiatorium.

Probatur *Primo*.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Respondet.